
STATVTORVM
ECCLESIASTICAE TER-
RAE MONTIS NOVI
VOLVMEN.

MACERATAE,
Ex Typographia Sebastiani Martellini.
M. D. LXXXVIII.

Il libero Comune di Montenovo ha sempre onorato il patrono San Giovanni Battista in ogni tempo, fino ad emanare apposite leggi in proposito. E quali leggi municipali avevano emanato i nostri antenati per celebrare la festa patronale di San Giovanni Battista ce lo indica lo "Statutorum Ecclesiasticae Terrae Montis Novi" del 1588. Il testo è in latino, come in latino erano tutti gli atti pubblici di quell'epoca. Così forniamo prima il testo originale latino e poi la traduzione in italiano, ma intanto avvertendo che il modo di scrivere allora era un po' diverso dal nostro. Intatti al posto della "s" si usava una lettera molto simile alla "f", venivano invertite le due lettere "u" e "v" scambiate per "v" ed "u", si conservava la lettera "j" equivalente a una doppia "ii", la congiunzione "et" equivalente all'italiano "e" veniva spesso sostituito dal logogramma "&" e il modo di accentare le parole era diverso dal nostro. Ecco il testo della legge municipale. "*MV NICIPALIVM LEGVM AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE MONTIS*

MVNICIPALIVM LEGVM AC STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE MONTIS NOVI

LIBER PRIMVS.

OFFICIORVM.

De pallio offerendo Ecclesiæ Sancti Ioannis Baptistæ. Rub. I.

STATVIMVS, & ordinamus ad honorem Omnipotentis Dei, & Sancti Ioannis Baptistæ Protectoris, & Defensoris Terræ Montis Noui, quòd omni anno in eius festiuitate ematur vnus cereus ceræ ponderis sex librarum per Massarium Communis dictæ Terræ de bonis, & hauere Communis, & duæ libræ candelarum de cera, quas Consiliarij vnà cum officialibus dictæ Terræ reuerenter portent in manibus, & cereus, & candelæ, eidem Ecclesiæ Sancti Ioannis Baptistæ offerantur reuerenter, qui cereus penes Rectorem dictæ Ecclesiæ deponatur, & ipsum conseruet pro vtilitate dictæ Ecclesiæ, & accendatur in ea, quando officium celebratur. Portetur etiam cum dicto cereo pallium de sirico dicti Communis, & simili modo offeratur eidem Ecclesiæ in dicto festo. Ad quam Ecclesiam, tunc cum prædictis oblationibus ire debeant officiales, & Consiliarij Concilij generalis dictæ Terræ pœna duorum solidorum pro quolibet Consiliario, qui contrafecerit. Et elapso dicto festo, Massarius Communis dictum pallium reaccipere teneatur, & conseruare pro dicto Communi, & dare Rectori dictæ Ecclesiæ pro oblatione dicti pallij solidos viginti. Item ad custodiendum dictum festum in die ipsius festiuitatis, sint, & esse debeant duo contestabiles cum centum peditibus, & pluribus, vel paucioribus arbitrio Magnificorum Dominorum Priorum bene armis munitis, & eligantur per Dominos Priores dictæ Terræ pro tempore existentes, quibus contestabilibus omnes in dicto festo debeant obedire pœna viginti solidorum pro quolibet, qui contrafecerit, qui etiam teneantur, & debeant dictum festum ita fideliter, & solicitè custodire, quòd rixa aliqua ibi minimè oriatur, quod si contigerit fortè, quod absit, eodem die ibi, vel etiam alibi in dicta Terra, vel eius territorio aliquam rixam heri, prædicti custodes tales rixantes capere teneantur, & in fortiam Communis prædicti punicdos per ipsum Commune iuridice secundum qualitatem delicti ducere festinanter. Si verò aliquis dictorum familorum peditum ad hoc electorum ire contemneret, soluat pro pœna in cippo Communis statim de facto decem solidos denariorum, & plures arbitrio Rectoris dictæ Terræ, & habeant contestabiles florenos tres à Communi.

De cereo offerendo cæteris Ecclesijs. Rub. II.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd ad honorem, & reuerentiam Omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ semper Virginis omni anno in festo Annunciationis Virginis Mariæ ematur vnus cereus sex librarum cum duabus libris candelarum de cera per Massarium Communis, & officiales Priores, & Concilium generale dictæ Terræ euntes insimul ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ de platea prædictum cereum, & candelas dum officium celebratur, eidem Ecclesiæ offerant reuerenter. Simili modo Ecclesiæ Sancti Francisci in festo ipsius de mense Octobris ematur vnus cereus quatuor

A libra-

[redacted]